

2. *Quò loco?* Non in loco torturæ, sed extra eum & ejus conspectum, ubi instrumenta ad torquendum destinata amplius videre nequit; Volunt autem nonnulli, reum deducendum esse ad bancum Juris; unde inquisiti repetita confessio dicitur: *Constitutum seu ratificatio ad bancum Juris.* Blumblach. *ad h. art. num. 2. p. 153.* Nam si in loco torturæ confessionem deberet ratificare, præsumeretur, quod metus cruciatuum adhuc duraret, adeoque non minus ratificatio, quam ipsa confessio extorqueretur, Carpzov. *d. quest. 126. num. 20. 21. 22. fol. 225. 226.* Debet itaque fieri vel in loco judicii, vel in carnificis conclavi, vel alio loco.

3. *In quorum præsentia?* Quid Gomezius & Clarus statuerint, notavit Mantzius *ad h. art. num. 31. p. 224. 225.* Sed Imperat. ordinavit, ut ratificatio fieret in præsentia judicis, & duorum assessorum, coram quibus sisti captivus eique ab actuario quæ antea confessus est, prælegi debent ad ratificandum, quod convenit cum *l. 2. C. de Custod. reor. Bocer. cap. 5. num. 36. de Question. Carpzov. d. quest. 126. num. 29. f. 226.*

4. Quicquid ibi Reus confessus fuerit, mutaverit, correxerit, aut revocaverit, illud iisdem, non aliis æquipollentibus verbis, prout inquisitus ea ore protulit, consignare debet Actuarius. Carpzov. *d. quest. 126. num. 35. fol. 227.* Vide Mantz. & Blumbl. *ad h. l. Gilhaus, ad h. art. fol. 18. § 19.*

ARTIC. LVII.

Tortus si confessionem revocet.

So der Gefangene vor bekante Missethat wieder läugnet.

So der Gefangene der vorbekanten Missethat läugnet / und doch der Argwohn / als vorstehet / vor Augen wäre / so soll man ihn wieder in Gefängniß führen / und weiter mit peinlicher Frag gegen ihm handeln / und doch mit Erfahrung der Umstände / als vorstehet / in allwege fleißig seyn / nach dem der Grund peinlicher Frag darauff stehet / es wäre dann / daß der Gefangene solche Ursachen seines Läugnens fürwendet / dardurch der Richter beweget würde / zu glauben / daß der Gefangene solche Bekantniß aus Irrsachal gethan / alsdann mag der Richter denselben Gefangenen / zu Ausführung und Beweisung solches Irrsachals zulassen.

AD